N. 2

MERZ.
Theſaurus
Biblicus

BS440
M4
1775
c.1

22

532

# THESAURUS BIBLICUS,

HOC EST

## DICTA, SENTENTIÆ, ET EXEMPLA

EX SS. BIBLIIS COLLECTA

ET PER LOCOS COMMUNES DISTRIBUTA,

AD USUM CONCIONANDI, & DISPUTANDI,

*AUCTORE*

PHILIPPO PAULO MERZ,

OPUS

Omnibus THEOLOGIS SPECULATIVIS, POLEMICIS, MORALIBUS, utriuſque Juris Studioſis, ac cunctis LITTERATIS, in primis vero ANIMARUM PASTORIBUS, Verbique Divini PRÆCONIBUS utiliſſimum.

EDITIO TERTIA ITALICA,

*Germanicis longe caſtigatior, & ornatior; quod clarius conſtat ex Admonitione ad Lectorem.*

46532

1080045089

VENETIIS;

Sumptibus HEREDIS NICOLAI PEZZANA.

MDCCLXXV.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

Omnis Scriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia: ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.

*2. Epiſtola Pauli ad Timoth. Cap. III. v.16.*

BS440
.M4
1775

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
06/10/82 MICROFILMADO Rollo-9



# PRÆFATIO AUCTORIS, AUGUSTANÆ EDITIONI PREMISSA.

## AMICE AC BENEVOLE LECTOR.

NUllus ſane eſt, qui in dubium vocare poſſit, quod momenta, in quo vivimus temporis, præcipue requirant indagationem Scripturæ Sacræ. Etenim nullo alio amplius titulo, nec ſub ulla alia ſpecie & umbra heterodoxi, ſeu potius Acatholici verbi Divini Miniſtri & Prædicantes auditores ſuos ac diſcipulos a veritate Catholica detinent & abducunt, niſi cum prætenſa ab ipſis Scriptura ſacra, quam perverſe, arroganter, & inſolenter ad ſuum ſenſum, contra univerſitatem, antiquitatem, & conſenſum contorquent, addunt, diminuunt, immutant. Verbum Domini clamitant ac vociferantur, illudque importuna verborum impudentia, tantaque Scholiorum & explicationum farragine & cumulo cæcutienti multitudini effulminant, ut ſive adverſus Eccleſiam Catholicam, ſive ſuperiorem poteſtatem conſpirent, ſive Principes ineſcatos faſcinent, orthodoxoſque Patres contumeliis ac convitiis afficiant, ſive diſciplinam & hierchiam Eccleſiaſticam diruant &c. omne illud debeat eſſe purum purum Verbum Dei; ipſorum ergo principio & gladio, ad quem provocant, jugulentur.

Nec aliter Acatholici reſpondent ſuis in Religione innata vacillantibus, & ad veritatem Catholicam inclinantibus & convertentibus, quam olim, tempore Chriſti Judæi reſponderunt Nicodemo, occulto illi diſcipulo Chriſti, de quo Joannis c. 7. v. 50. ita legimus: Dum Nicodemus innocentiam Salvatoris defenderat, reſponderunt & dixerunt ei Judæi: *Numquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide, quia a Galilæa Propheta non ſurgit.* Nihil aliud, inquam, prætendunt & Acatholici, quam Scripturas, dicentes & inculcantes toto die: *Scrutamini Scripturas;* & invenietis, quod Roma ſit Babylon, quod Papa ſit Anti-Chriſtus, quod Catholici contra Scripturam doceant, & ſic porro, &c. Sed quam vana hæc ipſorum putatitia gloria ſit &c. monſtrabit præſens opus, in quo, quoniam tam pertinaciter & inſulſe nos quaſi ignorantes ad Scripturas provocant, earum aperto teſtimonio & auctoritate convincentur.

Mihi ſane, dum per Scripturam ſacram, & ex illa divinitus accepta luce veritatem Fidei & Religionis Romano-Catholicæ divina gratia inveni, ſtatim poſt ſalutiferam converſionem meam objecerunt, dicentes: ſe nihil magis optare, quam ut Catholicam fidem ex Scripturis ipſis demonſtrem, bene ſcientes, quod & ego (abſque omni vana gloria) ſacram Scripturam a juventute noverim 2. ad Timoth. 3. 15. Demonſtravi iſtam, & juxta monitum Divi Petri, dicentis: *Parati eſtote ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt ſpe*, 1. Petr. 3. 15. edidi librum germanice intitulatum: Entvveder Catholiſch oder vvider de Sibel: ſed quia iſte libellus dudum diſtractus & tantummodo controverſos in ſe continet articulos fidei, melior & gratior atque acceptior oblata eſt occaſio amorem meum & fervorem io ſtudio Scripturiſtico publice demonſtrandi, dum petiit a me Nobilis ac Spectatiſſimus D. Veith, velim ipſi libellum quemdam in octava forma: Theſaurus Bibliorum &c. intitulatum, collectum a Gulielmo Alotto Anglo, ac divulgatum & typis mandatum Antvverpiæ jam 1581. amplificare & corrigere. Adauxi hunc, & ex pluribus Auctoribus magni ponderis, collegi hoc completum opus, quod tanta induſtria, ſudore, & labore confectum eſt, ut vix completius ac perfectius eſſe poſſit, ad minimum a Lit. P. uſque ad finem, cum his litteris colligendis plus temporis & adminiculi adquiſiverim. Omnia, & ſingula dicta ipſe evolvi, recognovi, ac reſtitui, ita ut aſſecurare Lectorem poſſim, caput & verſus accuratiſſime eſſe appoſita.

De utilitate, uſu & commodo hujus Operis non neceſſe eſt multum dicere, ſiquidem nullam adeſſe poterit dubium; nam quid pulcrius, quid utilius, quid magis neceſſarium,

quam omnem ſuam ſcientiam, omnia principia, conciones, verba & prolata per totam ſacram Scripturam diductis & allatis teſtimoniis confirmare ac exemplis divinis illuſtrare? ut ſive vera ſententia eruenda, explicanda, confirmanda, aut exemplis ſacris illuſtranda veniat, ſive multiplices errorum labyrinthi & tenebræ detegendæ ac detergendæ ſint, quas turpiſſima ſatanæ mancipia, & maſtigiæ in extrema ac mundi ſeneſcentis tempeſtate offundere ſolent, mentem ſimul, & oculos per omnes Scripturæ Sacræ locos, certis quaſi capſulis incluſos, nullo negotio circumducere, & ancipitem illum uſque ad diviſionem animæ ſimul & ſpiritus pertingentem verbi divini gladium Hebr. 4. 12. quaquaverſum ſtringere poſſis. Si vis exempli gratia, Theologus diſſerere de attributis divinis, de Trinitate perſonarum, de Incarnatione Chriſti, de Spiritus Sancti proceſſione a Patre & Filio &c. evolve titulos: Deus, Chriſtus, & Spiritus Sanctus &c. & invenies dicta & argumenta Biblica quotquot de iſta materia in Scripturis Sacris extant. Visne de virtutibus & vitiis verba facere Moraliſta? quære titulos congruos, & ſatis tibi undique fiet. Visne controverſiarum amator ac ſtudioſus articulum controverſum enucleare, & ex Scripturis S. demonſtrare de Purgatorio, de invocatione Sanctorum, de Miſſa, de oratione flexis genibus & ſic porro, evolve titulos, & evenient, & invenies omnia prætenſa clara. Et ſic erit in omnibus Facultatibus & ſcientiarum generibus; Phyſicus inveniet elementa quatuor, & quidquid alias in hoc ſublunari occurrit; Caſuiſta de reſtitutione, de Sacramentis, & reliqua; & tandem Orator & Concionator de omni dabili materia reperiet dicta & exempla Biblica plurima & ſingula in ſacro textu utriuſque Teſtamenti contenta. In ſumma, hoc opus nihil continet, quod non ad depravatos hominum mores corripiendos & reprehendendos, tum ad fidem Chriſti propagandam & illuſtrandam, atque hæreſes & ſectas æternis tenebris abdendas & reſervandas, contundendas & infringendas plurimum valeat. Si daret Deus tempus, vires, & arma, Theſaurus quidem ſimilis Patriſticus iisdem Titulis inſtructus & ſubdiviſionibus, item Theſaurus profanus & hiſtoricus in lucem prodire poſſet, nonne vero ex his tribus Theſauris, Biblico, Patriſtico, & Hiſtorico mille & mille diſcurſus, ſermones, & conciones formari, firmari, ac confirmari poſſent, abſque ullo alio librorum vehiculo? Inſuper vero vices hic Theſaurus ſupplere poteſt ſic dictarum Concordantiarum, ſed non vice verſa, ſiquidem in iſtis Concordantiis ſolummodo verba, hic vero una cum verbis res maximi momenti continentur. Nec te deterreat typus parvus, Garmond dictus, ſed potius conſideres, quod verſatus in Sacra Scriptura aut textum ſimul memoriæ impreſſum jam habeas ſenex, aut ſi adhuc peregrinus & imperitus Scripturæ Sacræ exiſtis, oculos peſpicaces junior adhuc poſſideas.

Non tandem titillantis alicujus laudis cupiditate pellectus ſudorem in colligendis his titulis inſumpſi, ſed eo libentius hunc laborem, hanc operam ſuſcepi (nam præter hanc, & aliquam tenuem judicii exercitationem nihil meum dici poteſt) quo majorem inde utilitatem & fructum Eccleſiam Dei Romano-Catholicam, cujus depoſitum eſt Scriptura Sacra juxta effatum S. Pauli ad Rom. 3. 2. percepturam eſſe credidi, adeoque officii mei & muneris eſſe duxi, omnem operam navare, omne onus ſubire, omneque ſtudium meum eo referre, quo Dei & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ promoveatur gloria.

Fruere igitur hoc Theſauro, Chriſtiane Lector, & exſpecta *Conciliatorium* & *Onomaſticum Biblicum*. Vale, & fave, & pro me deprecare Deum.

De



## De utilitate hujus OPERIS quidam ita canit:

*EXiguus quamvis ſit præſens mole libellus,*
*Nec modica in vaſtum pagina creſcat opus:*
*Aſt operis pretium bene juſta appende bilance,*
*Dices, crede mihi, maximus iſte liber;*
*Lectus enim poterit, me judice, vincere ſummas*
*Divitias Crœſi, divitiaſque Midæ.*
*Ille dabit dignos cæleſti pectore mores,*
*Vivendi leges & pietatis opes:*
*Divitis ubertim virtutis munera fundet,*
*Quæ potes undanti vix capere ipſe ſinu;*
*Huc oculos animumque refer, manibuſque paratis*
*Sedulus æternas quilibet aufer opes.*
*Fertilis hortus adeſt, maturis fructibus ingens,*
*Quo nihil uberius maximus orbis habet.*
*Multiplici hic ſurgunt æterna munera vitæ*
*Germine, felici dona legenda manu.*
*Heſperidum celebrant pomaria carmina vatum,*
*Quaſque habet Alcinoi nobilis hortus, opes.*
*Laudibus immodicis celebrantur Adonidis horti,*
*Quique alii Vatum munere nomen habent.*
*Nos tibi non veterum canimus ludibria Vatum,*
*Non petit hic falſam fabula vana fidem.*
*Omnia ſed fidei refero, & pleniſſima veri,*
*Fabulaque in noſtro carmine nulla ſedet.*
*Hic ſunt ætherei felicia munera Regis,*
*Sanctorum quidquid vota beata petunt.*
*Hic ſunt Nectarei fontes & flumina viva,*
*Ambroſiæ hic Diæ dona beata fluunt.*
*Inde cibum vitæ ſumes e divite menſa,*
*Quo ſumpto, non eſt dira timenda fames.*
*Ille brevi gyro ſacri myſteria verbi*
*Claudit, & hæc ubi ſint invenienda, docet.*
*Omnia quæ claudunt ſacrata volumina legis,*
*Turba Prophetarum, quæ ſacra cumque docet.*
*Sed quia nos rerum nimirm nimiumque retardat*
*Copia, tunc refert ordinis eſſe viam.*
*Hanc qui rite tenet, magna ſe fruge beabit,*
*Sentiet & ſtudii præmia certa ſui;*
*Et cum ſit ſeries rerum laudanda probata,*
*Officium Auctoris conſule, quæſo, boni:*
*Plurima nam paucis complectens ordine pleno,*
*Oſtendit capitis verſiculique notas:*
*Adde quod & ſenſum breviter ſubnectit apertum,*
*Ne ſubeant mentem tædia longa tuam.*
*Denique quicquid habet Divini pagina verbi,*
*Exiguo aut nullo hinc pene labore petes:*
*Sive monere voles, ſive increpuiſſe jacentem*
*In vitiis aliquem, quem malus error habet;*

*Sen*

*Seu juvat immodicis languentia pectora curis*
*Erigere, & curas fortiter ejicere:*
*Sive aliquem ad virtutis opes & præmia vitæ*
*Æternæ certo cogis adire pede:*
*Denique quidquid erit quod præſens poſtulat uſus,*
*Seu vis ſolari, ſive docere virum;*
*Hinc poſces, promptuque feres quodcumque requiris,*
*Seu res alterius, ſeu peragenda tua eſt.*
*Verba tibi in populi ſi ſunt facienda corona,*
*Materies hinc eſt apta futura tibi.*
*Confeſſo rite lethalia vulnera cordis*
*Præſentem ſi ſis ferre coactus opem:*
*Seu tibi miles erit duros armandus in hoſtes,*
*Ut bene pro CHRISTI prælia laude gerat:*
*Carnis ut inſultus, mundique furentis amaras*
*Fortiter inſidias Marte potente domet,*
*Crudelis Satanæ, divini nominis hoſtis*
*Proterat ut valido turpia ſigna pede;*
*Hinc gladios, haſtaſque petes, clypeoſque fideles,*
*Qualia ſigna Dei turba ſequenda gerit.*
*Omnia præſtabit, quibus exornare ſecundas*
*Res potes, adverſos intrepide excipere.*
*Si tua læſerunt funeſti corda latrones,*
*Si vix curandum pectora vulnus habent,*
*Ars tibi mortalis potis eſt nec ferre ſalutem*
*Ullius ingenium nec tibi ſpondet opem:*
*Huc oculos converte tuos, hunc conſule Librum,*
*Atque ſalutares porriget ille manus,*
*Expedietque tibi, quænam te cura levabit,*
*Unde petenda tibi ſit medicina tua.*
*Hic tibi doctrinæ præcepta recondita pandit,*
*Hic animo præbet grata alimenta tuo;*
*Ergo Deo quiſquis carus cupit eſſe, ſuiſque,*
*Hoc ſcriptum magna ſedulitate legat.*





# INDEX THESAURI BIBLICI,

In quo primus numerus Titulum, alter Paginam ſignificat.

## A

Abnegatio ſui Tit. i. pag. 1
Abnegatio rerum omnium ii. 1
Abſtinentia a cibis iii. 2
Abſtinentia a vino iv. 4
a cibo & potu propter ſcandalum v. 4
Abſtinentiæ præceptum violare nolentes vi. 4
Abuſus veſtium vii. 4
Acceptatio perſonarum 5
Acceptatio munerum viii. ib.
Accuſatio falſa ix. 6
Acedia ſive negligentia x. ib.
Adquiſitio injuſta xi. 7
Adhortatio ad bonum xii. ib.
Adoleſcentia xiii 8
Adoratio Dei xiv. ib.
Adoratio Angelis & hominibus attributa xv. ibidem.
Adventus Domini xvi. 9
Adverſitas 10
Adulatio xvii. ib.
Adulterium xviii. ib.
Carnale & ſpirituale punitur xix. 11
Ægrotatio pœna peccati xx. 12
Ægroti viſitandi xxi. 13
Ægrotatio curatur a Deo xxii. ib.
per Medicum xxiii. ib.
Ægrotorum Sanctorum exempla xxiv. 14
Ægyptiaca captivitas xxv. ib.
De Ægypto exitus & liberatio xxvi. 15
In Ægyptum redire vult Iſrael xxvii. ib.
Contra Ægyptum prophetatur xxviii. ib.
Ægyptiacæ redempt. memoria xxix. 16
Ægyptus affligitur plagis xxx. ib.
Affectio carnalis erga conſanguineos xxxi. ibidem.
Agricultura xxxii. 17
Altare holocauſti xxxiii. ib.
Altare incenſi xxxiv. ib.
Ambitio xxxv. 18
Amicitiæ ortus, fructus, & conſtantia xxxvi ib.
Debet eſſe grata, & honeſta, & integra, in corde, in ore, & in opere ib. & 19
Amicitiæ veræ conſervatio ib.
Amicitiæ fructificatio 20
Amicitiæ fictæ effectus ib.
Amici veri & ficti xxxvii. ib.
Amor Dei 21
Amor proprius xxxviii. ib.
Amor proximi 22
Angelorum miniſterium & natura xxxix. ib.
Angeli boni confortant deficientes ib. 27
Flagellant prævaricantes, grati erga orantes, honorant decedentes, & juvant certantes ib.
Angeli mali nocent & tentant ib.
A Deo reprimuntur, & expelluntur ib.
Etiam per homines 28
Eorum ruina ib.
Angeli appellantur Doctores ib.
Anima xl. ib.
Animæ piorum mox poſt mortem ſunt cum Chriſto &c. 29
Animæ immortalitas xli. ib.
Antichriſtus xlii. ib.
Antiquæ viæ obſervandæ xliii. 30
Hac occaſione de Traditionibus 31
Apoſtatæ xliv. ib.
Apoſtoli & Prophetæ habuerunt ſpiritum Dei xlv. 32
Apoſtolis contulit Chriſtus poteſtatem ordinis & juriſdictionis in foro interiori & exteriori ibidem.
Apparitiones Dei, & Angelorum, & hominum xlvi. 33
Aqua nominatur perſecutio xlvii. 34
Aqua benedicta ib.
Aquæ aſſimilantur dona Spiritus ſancti ib.
Arbitrium liberum 35
Arbor bona ex fructu probatur xlviii. ib.
Arbor mala reprobatur ib.
Arca Noe xlix. ib.
Arca Fœderis contra Philiſthæos, quid in ea fuerit 36
Arma ſpiritualia congrua & utilia l. ib.
Arioli 37
Arrogantia li. ib.
Artifex lii. ib.
Aſpectus incautus 38
Aſperitas veſtium liii. ib.
Aſtrologia liv. ib.
Quædam vana ib.
Aſtutia lv. 39
Avaritia lvi. ib.
Audiendum verbum Dei 40
Averſio a Deo lvii. ib.
Aviditas mulierum 41

## B

Babylonica captivitas prædicitur i. 41
adimpletur 42
Finis ejusdem & liberatio 43
Cauſſa ejusdem ib.
Prophetæ contra Babylonem ii. ib.

Bacchanalia iii. 44
Baptiſmus a Chriſto præceptus. iv. ib.
qui ſalvat & peccata tollit 45
hunc docuerunt & adminiſtrarunt Apoſtoli 44
non eſt iterandus 45
ejus figura Circumciſio ib.
Baptiſmus Joannis ib.
Baptiſmus pœnitentiæ prædicatur 46
Baptiſmi nomine vocatur paſſio ib.
Baptiſmus Spiritus S. & ignis ib.
Baptizandi ſunt parvuli ib.
Baptizari eſt renovari 47
Baptizatus eſt Chriſtus ib.
a Diſcipulis integræ domus baptizatæ ib.
Baptizati accipiunt Spiritum S. ib.
in morte Chriſti baptizantur Chriſtiani & in unum corpus ib.
Beatitudo, hujus comparationes v. 47
Belis & Draconis hiſtoria vi. 48
Bellum eſt pœna peccati vii. ib.
Quid agendum belli tempore? 49
Deus pugnat pro ſuis 50
Spiritualiter & cum conſilio bellandum ib.
Quandoque vitandum ib.
Quare fideles bellaverint 51
Benedictio Dei in Juſtos viii. ib.
Et hi in judicio finali benedicentur ib.
Benedicere debet homo Deum ib.
Homo benedicit homini 52
Benedictio, qua creaturæ conſecrantur & ſanctificantur. 53
Beſtiæ & bruta non tractanda crudeliter ix. ib.
Utilitas eorum. 54
Blaſphemia x. ib.
Bona opera commendantur xi. 55
ex caritate ſunt meritoria 56
Bonitas & benignitas Dei erga ſuos xii. 57
Boni latent inter malos xiii. 58
Bonorum oppreſſio & ſocietas 59
Bonorum ſocietas ib.

C

CÆcitas corporalis ſpiritualis i. 59
Cæci illuminantur ii. 60
Cerei ib.
Cæremoniæ Eccleſiaſticæ iii. ib.
Cæremoniæ in orando iv. 61
Calix iræ & furoris v. ib.
Calix Paſſionis vi. ib.
Calliditas ib.
Calumnia vii. ib.
Captivos inviſere viii. 62
Captivos non deſerit Deus ix. ib.
Carnem ſuam crucifigere x. 63
Caro pro neceſſitate curanda xi. ib.
Caro a voluptate refrænanda xii. 64
Caro ſpiritum interimit. xiii. ib.
Caſtitas Cælibum melior conjugali xiv. ib.
Caſtitas perfectio Evangelica 65
Caſtitatis laus. xv. ib.
Cavendi Pſeudo-Prophetæ xvi. ib.
Cenſus. Vide exactio.
Cereorum & lampadum uſus xvii. ib.
Certi non ſumus de remiſſione peccatorum xviii. 66
Caritas xix ib.
eſt fide præſtantior xx. 67
Caritas fraterna xxi. ib.
Choreas ducere xxii. 68
Chriſtus promittitur Deus & homo xxiii. ib.
Chriſtus verus homo factus eſt 69
Deus in carne manifeſtatus, ib.
Verus Dei Filius, conceptus de Spiritu Sancto 70
natus ex Maria Virgine ib.
in Bethlehem ib.
eſt ſine peccato ib.
circumciſus, baptizatus ib.
manifeſtus certis teſtimoniis 71
Eſt Agnus Dei, & Rex Regum 72
Eſt imago Dei, lux gentium ib.
Verus Paſtor, prædicavit ib.
Infirmos curavit, transfiguratus & paſſus eſt 73
Crucifixus 74
Ejus paſſio fuit præfigurata ib.
Mortuus, ſepultus, deſcendit ad inferos, reſurrexit ib.
aſcendit in cælum 75
Chriſtus eſt Deus, & Dei Filius ab æterno ibidem.
Eſt Mediator & Advocatus ib.
Sedet ad dexteram Patris 76
Judicabit vivos & mortuos ib.
Chriſto omnia ſunt ſubjecta a Patre ib.
Et per ipſum cuncta creata 77
Eſt leo, & unum cum Patre ib.
Novit omnia; ſibique reputat fieri, quod fit Chriſtianis ib.
Chriſtiani appellantur fideles xxiv. 78
Sunt aliqui falſi ib.
Debent vivere ut Chriſtus 79
Cibus certus Judæis prohibitus xxv. ib.
Ciborum luxus ib.
Cibare eſurientes ib.
Cibus ſumendus cum gratiarum actione 80
Cilicium ib.
Circumciſio ſpiritualis & carnalis xxvi. ib.
Civitas ſuprema xxvii. ib.
Civitas pietate gubernatur, impietate vaſtatur 81
Clavis mortis xxviii. ib.
Cogitationes novit, & pravas odit Deus xxix. ibidem.
eas aliis revelat 82
Cognitio Dei. xxx. ib.
exigitur, & adquiritur ib.
Deus malos & bonos dignoſcit, ib.
Homo varie cognoſcit, & cognoſcitur 83
Cognitio Dei humana ſapientia non adquiritur, ſed ab iis, qui ſpiritum Dei habent 84
Communio ſub una ſpecie ib.
Compaſſio habenda cum proximo xxxi ib.
etiamſi ſint Peccatores ib.
Compunctio gaudio compenſatur xxxii. 85





Concionatorum officium xxxiii. ib.
Concordia fratrum xxxiv. ib.
Concupiſcentia prohibetur & punitur xxxv. 86
peccatum operatur ib.
mortificanda ib.
Condonandum fratri peccanti xxxvi. 87
Confeſſio peccatorum multiplex xxxvii. ib.
Confeſſio novi teſtamenti 88
Confeſſio peccatorum in oratione ib.
Confidentia in Deum xxxviii. 89
Confidentia vana xxxix. ib.
Confeſſio Chriſti xl. 90
Confirmationis modus, & fructus, Sacr. xli. ib.
Conjurationis punitio xlii. ib.
Confuſio ſalutaris & pœnalis xliii. 91
Connubium ſpirituale xliv. ib.
Conſcientiæ tranquillitas xlv. 92
malæ perturbatio ib.
Conſecratio Sacerdotum, Altaris, veſtium &c. xlvi. ib.
Conſenſus communis 93
Conſilium Divinum incomprehenſibile xlvii. ib.
Conſilio bono non obſequi, periculoſum ib.
bonum, a quo fit, attendere 94
malum vitare 95
malos conſiliarios Deus diſſipat 96
Conſilia Evangelica ib.
Conſolatio Divina xlviii. 97
Conſolatio humana ib.
Conſortium bonorum & malorum xlix. 98
Conſtantia fidelium l. ib.
Conſtitutiones Eccleſiæ ſunt obſervandæ li. ib.
Conſuetudo mala lii. 99
Conſulendus Deus in rebus dubiis liii. ib.
Conſulendi non ſunt Magi liv. 100
Contemplatio & illuſtratio mentis lv. ib.
Contemptus mundi lvi. 101
Contentio vitanda lvii. 102
Contriſtare Spiritum ſanctum lviii. 103
Contriſtatio ad pœnitentiam lix. ib.
Contritio vera laudatur lx. ib.
Contritionis remiſſio ib.
hujus exempla 105
Contritio ficta ib.
Controverſiarum judex 106
Contumeliæ perverſitas lxi. ib.
Converſatio lxii. ib.
Converſio ad Deum lxiii. 107
fit per inſpirationem ib.
Et tribulationem ib.
Converſio fit ex corde & cum effectu 108
Ejus fructus in bono & malo ib.
tempus converſionis ib.
Converſio per ingreſſum Religionis 109
Convitia 110
Convivia lxiv. 111
Cor ſeu voluntas hominis a Deo pro facto accipitur lxv. ib.
Conformatio noſtræ cum Divina voluntate ib.



Cor dirigatur erga Deum, ſeipſum & proximum 111
Cor malum male ordinatur ad Deum ſeipſum & proximum ib. & ſeq.
flagellatur dure 113
Corona vitæ xlvi. ib.
Corpus myſticum ordinatur ad Chriſtum lxvii. ib.
& ad ſe ipſum ib.
Correctio fraterna lxviii. 114
requirit bonam intentionem ib.
debitam executionem 115
& gratiæ ſuſceptionem quoad correctum, & renumerationem ib.
Corrigens ſit bonus & prudens ib.
Correctio mala 116
Contemptus correctionis ib.
Correctio filiorum ib.
Correctio impiorum eſt piis in timorem & cautionem 117
Creator rerum omnium Deus lxix. ib.
Creaturæ a Deo ſunt 118
Sapienter gubernantur & ordinantur ib.
Credulitas falſa lxx. ib.
Creſcere in ſcientia lxxi. ib.
Crux accidit pie viventibus lxxii. 119
eſt ad noſtram utilitatem ib.
per crucem pervenitur ad cælum ib.
hæc patienter ferenda 120
in qua eſt conſolatio ib.
per hanc nos Deus probat ib.
Crucis figuratio & gloria lxxiii. 121
multis abominatio ib.
Cultus Dei internus, & externus lxxiv. ib.
Cultus Sanctorum, Imaginum, Reliquiarum 122
Curioſitas humana lxxv. ib.
Cuſtodia ſui & oculorum lxxvi. ib.

D

DÆmones expelluntur i. 123
interdum per dæmones alios ib.
Dæmones agnoſcunt & credunt Deum ib.
Dæmonibus immolare nefas ib.
Dæmonis tentatio 124
Damnatio æterna ii. ib.
Damnum nulli inferendum iii. ib.
ne inferatur impediendum ib.
illatum reſarciendum 125
Dare eſt melius quam accipere iv. ib.
Danda eleemoſyna, quomodo? v. ib.
David ſpiritualis eſt Chriſtus vi. ib.
qui David filius nominatur ib.
Decimarum conditio & uſus vii. 126
Decimæ Sacerdotibus debentur ib.
Dedicatio templi vel altarium viii. ib.
Deficientium increpatio ix. 127
Deriſor Deum offendit x. ib.
proximum vilipendit 128
malum ſibi accendit ib.
Deſiderium præmii & fruitionis Dei xi. ib.
Deſperatio xii. ib.

pœnam multiplicat & aggravat 129
Detractio grave peccatum xiii. ib.
multa creat mala ib.
ſalubriter vitatur ut non audiatur 130
Deus eſt omnipotens xiv. ib.
omnia regit & gubernat pro ſua voluntate ib.
eſt Pater fidelium 131
eſt verax & fidelis ib.
Deus unus in eſſentia, trinus in perſonis 132
Deus eſt æternus, nec principium, nec finem habet 133
Deus novit, audit, & videt omnia ib.
Deum nemo videre poteſt in hac vita 134
Deus humano ingenio non comprehenditur 135
Eſt immenſus &c. & Judex omnium ib.
Hæc vox Deus etiam aliis tribuitur 136
Attributa Dei etiam hominibus tribuuntur ſuo modo ib. & ſeqq.
Deus facit mirabilia, etiam alii per Deum ib.
novit ſecreta cordis, etiam alii ib.
dimittit ſolus peccata, etiam alii ib.
Deus cujus mali cauſſa ſit, & cujus non ſit 139
Deus honorandus corde per debitam dilectionem ib.
ore per devotam laudationem ib.
opere per dignam oblationem 140
Deus quærendus celeriter, cordialiter 141
Diabolus quærit perditionem hominum xv. ib.
non plura poteſt, quam ei Deus permittit 142
diciturPater & Princeps mundi, & omnium impiorum ib.
hujus imperium per Chriſtum ſublatum ib.
Diaboli filii ib.
Diaconi xvi. 143
Diana colitur Epheſi xvii. ib.
Dies noviſſimus xviii ib.
Dies Domini & hora nulli cognita 144
Dies pro anno ib.
Dilectio Dei erga ſuos xix. ib.
Diligendus Deus ſuper omnia 145
diligendus inimicus ib.
etiam proximus 146
dilectio exigitur ad peccatorum remiſſionem ib.
Dilectio eſt neceſſaria pro adeptione regni cælorum 147
dilectio perficitur corde, ore & opere ib.
proximi eſt neceſſaria, ordinata & fructuoſa ib.
Diſciplina ferenda humiliter xx. 148
malitiam refrænat, culpam purgat, gratiam conſervat 149
Diſcordia, lites, & rixæ vitandæ xxi. ib.
Diſcretio 150
Divini ib.
Divites qualiter pauperes tractare debeant xxii. ib.
divitiarum vanitas ib.
fulmen Divinum contra divites impios 151
divitiarum uſus bonus 152
fraudulenter congregantes divitias puniuntur 153
divitiarum utilitas tranſitoria 155
Divitiæ multa mala generant ib.
Doctrina apoſtolorum tenenda xxiii. 156
quæ eſt etiam Chriſti ib.
Doctrinæ utilitas quoad docentem & audientem ib.
Docentis & audientis fructus 157
Doctrinæ bonæ contemptus ib.
pravæ effectus ib.
doctrinæ curioſæ malum 158
Dolus xxiv. ib.
Dolus Deum offendit ib.
proximum fallit ib.
ſeipſum perdit ib.
Dominicæ obſervatio 159
Dominus Deus imitandus & ſequendus xxv. ib.
Dominus quærendus ib.
Domini & Dominæ poteſtas erga ſervos & ancillas 160
Domus æterna xxvi. 161
Domus ſpiritualis qualitates ib.
Domus corporis noſtri qualitates ib.
Domus ædificata ſuper petram 162
Dona ſeu donaria accipere prohibitum xxvii. ib.
Dona divina liberaliter a Deo dantur ib.
varie diſtribuuntur & ordinantur 163
utiliter operantur ib.
Duritia cordis, vide obſtinatio.


E


EBrietas i. ib.
Iram Dei provocat 164
mentem alienat, ad libidinem incendit, facultates diſſipat, ſecretum detegit, rixas movet ib.
Eccleſia accipitur pro materiali templo ii. ib.
pro fidelium cœtu tam bonorum quam malorum 165
pro cœtu unius provinciæ ib.
pro Prælatis & Præpoſitis 166
Eccleſia una & viſibilis ib.
præfigurata per civitatem Jeruſalem ib.
per Arcam Noe ib.
figuræ Eccleſiæ variæ ib.
Eccleſia non poteſt errare ib.
Eccleſiæ Infallibilitas, Auctoritas, & Viſibilitas ib.
Ejuſdem propagatio per mundum univerſum 167
duratio ad finem mundi ib.
Eccleſiæ ſanctitas 168
debet eſſe miraculis clara ib.
Catholica & Apoſtolica ib.
concors in doctrina 169







Et habere caput viſibile, ib.
& Judicem ſupremum & infallibilem ib.
eſt corpus Chriſti, & propagatur per ſanam doctrinam ib.
debet Sacerdotes alere ib.
& pro Præfectis ſuis orare 170
Eſt Sponſa Chriſti, & hujus caput eſt Chriſtus ib.
Eccleſiæ membra ſunt fideles ib.
etiam peccatores improbi ib.
Eccleſiæ claves promittuntur, traduntur, & exercentur ib.
Eccleſiam ſibi Chriſtus ſuo comparavit ſanguine 171
quem etiam defendit & protegit ib.
Eccleſiæ officium ib.
Educatio liberorum 172
Effuſio ſanguinis ib.
Electio boni & mali iii. ib.
Eleemoſyna pauperibus eroganda iv. 173
hujus merces 174
Emendatio vitæ ib.
Emere quomodo liceat & oporteat v. 175
Emundatio vi. ib.
Errare vii. 176
Epiſcoporum electio & officium viii. ib.
Erubeſcere nemo debet Evangelium ix. 177
Erubeſcendum propter peccata x. ib.
Eruditio liberorum ib.
Eſurire juſtitiam xi. ib.
Evangelii prædicatio xii. ib.
hæc affert fiduciam, timorem, conſolationem, & terrorem 178
Evangelizanti danda ſuſtentatio xiii. 179
Evangelizans ſit bonæ vitæ ib.
Quid de non facientibus & tamen docentibus ib.
ſit clarus & proponat utilia 180
veritatis teneat firmamentum 181
ejus qualitates ib.
audiatur diligenter ib.
qui ſeipſum ingerit, offendit Deum, & alium inficit 182
contemptor Prædicatoris qualia mala ſuper ſe inducat ib.
Euchariſtiæ inſtitutio xiv. 184
frequenter uſurpanda ib.
ſub panis ſpecie tantum ſumenda ib.
præfiguratur ib.
a Chriſto & Apoſtolis data ib.
panis fit corpus & ſanguis Chriſti ib.
adoranda & circumferenda 185
Exactio & tributum xv. ib.
Excomunicatio a Chriſto inſtituta xvi. ib.
uſitata ab Apoſtolis ib.
ad ædificationem Eccleſiæ ib.
Excommunicatio Phariſæorum ib.
Quinam ſint excommunicandi ib.
Excommunicati vitandi 186
Exemplum bonum ſequendum xvii. ib.
malum vitandum 187
exemplum in correctionem ib.
Exequiæ celebrantur xviii. 188
Exercitium xix. ib.
Experientia laudabilis xx. ib.
Explicatio ſacræ Scripturæ ib.


F


FAcere pro ſacrificare i. ib.
Fallacia mulierum ib.
Fama bona conſervanda ii. ib.
eſt præſtantior divitiis ib.
ſama mala 189
Fames eſt malum pœnæ iii. ib.
fames verbi Dei 190
Familiaritas honeſta iv. 191
inhoneſta ib.
Famulorum officium v. ib.
Fermentum mala doctrina vi. 192
Feſti Paſchalis inſtitutio, & celebratio vii. ib.
Feſtum Pentecoſtes 193
Feſtum tubarum ib.
Feſtum expiationum ib.
Feſtum tabernaculorum ib.
Feſtum Sabbati 194
Sabbatum obſervatur a bono bene 195
a malo male violatur 196
Feſtum neomeniæ ib.
violatio feſtorum punitur ib.
Fides pro fidelitate Dei in ſervandis promiſſis ix. ib.
Fides pro verborum veritate & conſtantia 197
Fides virtus Theologica ib.
Fides viva eſt caritas ib.
Fides caritate inferior ib.
de fide mortua ib.
pro voto & fiducia 198
Fides fundatur in veritate Dei ib.
Fides viva magnæ eſt virtutis ib.
Fidem colentium felicitas, & deſerentium fidem infelicitas ib.
Fides ſine operibus non juſtificat 199
Fides ipſa vocatur opus bonum ib.
Fidei neceſſitas ib.
Fides eſt una ib.
Fidei vivæ & operanti tribuitur juſtitia & ſalus ib.
Fidei prædicatio ib.
Fidem gentium reſpicit Deus 200
non ſola fides juſtificat ib.
Fidei juſſio cavenda x. ib.
redimenda & recognoſcenda ib.
Fides proximo ſervanda xi. ib.
cum periculo frangitur ib.
fides mulierum 201
Fideles liberat Deus xii. ib.
Infidelitas punitur xiii. ib.
Fiducia xiv. 202
Filiorum officium xv. 203
horum bona inſtitutio 204
corrigendi ſunt 205
Fletus 206
Fenum eſt homo xvi. ib.
Fenus ib.
Fenerationis conditio bona & mala xvii. ib.

Feneratio eſt periculoſa quoad accipientem & facientem ib.
Forma corporis xviii. ib.
Formido xix. 207
Fornicatio iram Dei provocat xx. 208
corpus enervat ib.
facultates abſumit ib.
infamiam adfert ib.
Fornicatio non ſolum in opere externo, ſed & in affectu prohibetur ib.
Occaſiones illius vitandæ ib.
Fornicatio ſpiritualis ſive hæreſis xxi. ib.
Fortitudo xxii. 209
bona Deum quærit ib.
effectus illius 210
Fraternitas xxiii. ib.
fratres & ſorores Chriſti 211
fraus ib.
Fruitio Dei ib.
Fructus operis bonus & malus xxiv. ib.
Fundamentum Eccleſiæ Chriſtus xxv. ib.
ſunt etiam Apoſtoli ib.
præcipue Petrus ib.
Funus 212
Furtum prohibetur, punitur xxvi. ib.
Furtum ſacrilegum ib.
Fures verbi Dei qui? ib.

G

GAudere honeſte licet i. 213
Gaudendum non eſt more gentilium ib.
Gaudendum in perſecutione ib.
Gaudium ſpiritus 214
Gaudium ſalutis æternæ ib.
Gemitus qui probandus & vice verſa ii. ib.
Generatio bona & mala iii. ib.
Gentium vocatio iv. 215
Gentilium mores non imitandi v. 216
Genu omne flectendum Deo vi. ib.
Gladius non cuivis permittendus vii. 217
Gladius ſpiritus ib.
Gloria vana viii. ib.
Gloria Dei in omnibus quærenda ib.
Gratia in Scripturis varia ix. 218
Gratia efficax & ſufficiens ib.
eſt donum gratis datum 219
ſine gratia Dei nihil poſſumus ib.
eſt donum occultum ib.
omnis gratia a Deo 220
bonum operatur ib.
bonitate conſervatur 221
Gratiæ agendæ ante & poſt cibum x. ib.
Gratitudo erga Deum & homines xi. ib.
Gula & ebrietas xii. 223
Gulæ effectus varii & mali 224

H

HEreditas ſuperna i. ib.
Hereditas terrena 225
Hæretici & infideles ii. ib.
ſunt ad probationem veræ fidei ib.
fuerunt jam temporibus Apoſtolorum ib.
noſtris temporibus fore prædicuntur ib.
Hæretici vitandi ib.
tollendi e medio 227
cauſſæ adducuntur & eorum mores ib. & ſeqq.
Herus & hera ib.
Homo creatus ad imaginem Dei iii. ib.
ob peccatum maledicitur ib.
per ſe vilis & miſer ib.
ob varias cauſſas 228
benedicitur in Chriſto ib.
hominis regeneratio ib.
pulvis & lutum 229
Homicidium iv. ib.
oritur e variis peccatis 230
Honor temporalis non magnifaciendus v. ib.
Honoris conditiones 231
honorandi parentes ib.
honor Dei ib.
honor templorum ib.
Hoſpitalitas commendatur vi. ib.
ejuſdem exempla 232
Inhoſpitalitas ib.
Humilitas Deo grata vii. 233
Hypocriſis & ſimulatio viii. 235
ejus punitio 236
ejus conditio ib.

I

JActantia i. ib.
Idololatria prohibita ii. 237
ejus vanitas & punitio 238
ejus occaſio voluptuoſa 239
Jejunium Eccleſiaſticum iii. ib.
jejunii meritum ib.
hujus exempla 240
jejunatur pro mortuis ib.
jejunium indictum ib.
Jeruſalem ſpiritualis iv. 241
contra Jeruſalem vaticinia ib.
Ignorantia punitur v. 243
Illuminatio & Illuſtratio ib.
Imagines juſſit Deus fieri vi. ib.
has fecit Salomon ib.
Imaginum cultus 244
Imitandi ſunt boni vii. ib.
Immiſericordia & ejus punitio viii. ib.
Immortalitas animæ 245
Impatientia & ejus punitio ix ib.
Impiorum dicta & facta x. 246
Impiorum proſperitas ib.
